

suum; et interrogatus quare hoc fecisset.
 Respondit quod diversitas, ac differentia duorum
 Medicorum supra una persona peior est
 febre tertiana. Iste Isaac composuit librum
 de cura Venenorum; quoniam in Chairavan
 multi serpentes ac scorpiones reperiuntur;
 prout etiam nunc videri potest. Mortuus
 est autem anno Centesimo octuagesimo tertio
 de Elhegira in Civitate Chairavan. §

De Enram.

Enram filius Isaac natus est in Civitate
 Toleti Hispania, Medicus, Philosophus,
 Astrologus exticus, et suo tempore Rex
 Hispania cepit, atq; oppressor dictam
 Civitatem, et oportebat eum habere ⁱⁿ necessitate
 erat ei adesse) Secretarium lingua Arabe
 duabus de causis; tum propter Terra
 populam, tum etiam propter scriptura literarum

ad.